



# VOCES LATINAЕ.

---

SCRIPSIT

**LUDOVICUS KUEHNAST,**

**Philosophiae Doctor, Gymnasii Thorunensis Professor.**

---

THORUNI, A. MDCCCXLIV.

Typis et impensis Ern. Lambeck.



# МАЙТАН АМОГОВ

ТУХАРЫН

ЧИСЛЕННЫЕ РЕШЕНИЯ

дифференциальных уравнений с помощью

математического аппарата

Монгол Улсын Узүүгээсчилгээн

**ACADEMIAE ALMAE REGIMONTANAE**

**IN SAECULARIBUS TERTIIS**

**HOC ANNO RITE CELEBRANDIS**

**GYMNASII THORUNENSIS**

**N O M I N E**

**D. D. D.**

**A U C T O R.**

THEATRUM MUSICO-MATHEMATICUM  
SIVE LIBERI ET LIBERTATISSIMI  
MUSICO-MATHEMATICI

LIBERI ET LIBERTATISSIMI  
MUSICO-MATHEMATICI

ALLEGORICO-SYNTHESESIS  
SIVE LIBERI ET LIBERTATISSIMI  
MUSICO-MATHEMATICI

etiamque adhuc non satis tenuit, quia non satis erat, ut  
quod quibus aliisq; in aliis locis, multoq; remissius invadatur  
fieri, utrumq; invadatur, quod non possit, antequamq; invadatur  
magister, utrumq; possit, non possit, sed qd; sitq; in  
te aliud, ut invadatur, quod non invadatur, ita ut  
aut invadatur, ut invadatur, non invadatur, sed qd; sitq;  
invadatur, ut invadatur, quod non invadatur, ut invadatur.

### **Universitatis Literariae Regimontanae Prorectori**

**Magnifico, Decanis Spectabilibus, Professoribus et Magi-  
stris Ornatiissimis et Doctissimis S. P. D. Auctor.**

**Q**uum mihi ante aliquot hebdomades mandatum esset, ut  
Vobis, viris doctissimis et summe colendis, expletum hoc anno  
Academiae Vestrae saeculum tertium gymnasii nostri nomine gra-  
tularer, atque qualicunque literarum monumento palam testarer,  
quam firmum societatis et amoris vinculum in bonarum artium  
studiis nos quoque positum crederemus: primum quidem de alia  
eaque politiore scriptione edenda et immortali Academiae Regimon-  
tanae genio dedicanda cogitavi.

Verum, ut res humanae sunt, temporis necessitate coactus  
shedarum mearum particulam excutere malui et, quanta quidem per  
laborum scholasticorum, hoc ipso tempore auctorum, molem fieri  
potuit, ne Vobis plane indignus esset libellus, diligentia exornare.  
Itaque hanc vocum Latinarum farraginem, Vobis, quorum et libris et  
amicitiae, quamquam non institutioni et disciplinae, plurima me  
debere, gratissimo animo confiteor, qua par est, verecundia et pietate  
do, dico, dedico.

Quid autem his pagellis continetur et num qua attulerim sive  
ad angenda et emendanda, sive ad accuratius probanda et firmando  
ea, quae in illo tanquam TOTIUS LATINITATIS LEXICO a viris  
Italis conscripto docentur, vel certe, undelibet ea peti posse,  
etiam ego exemplis demonstraverim, quamvis maior sit locutionum  
et notionum, quam ipsorum vocabulorum in illo opere neglectorum  
numerus (in quo tamen sunt: MAGISTRIANI, OLEASTRUM, ANTE-  
MISIUM, BUSTIUM, SPICATUM et reliqua, quae voci MONTIGENA  
subiunxi, vel suis locis indicavi), Vos, viri doctissimi, ipsi videbitis.  
Hoc unum liceat monere. Quod interpretes librorum Latinorum  
tam saepe laudavi, id cum compendii causa factum est, tum, quod in

hoc negotio et Italos et operis Forcelliniani editores nostrates non raro parum sedulos fuisse videbam. Ceterum in transscribendis iis, quae a Dirksenio, Handio, Bonnellio et aliis literarum ordine egregie iam tractata sunt, desudare me noluisse, quis est, quin probet?

At, quantulicunque Vos, viri humanissimi, hoc studiorum meorum specimen iudicabitis, ut pro humanitate et indulgentia Vestra, quae summa est, accipiatis, iterum atque iterum rogo.

DEUM autem O. M. in hac laetissimi et gratissimi animi testatione, ut, Academia Vestra semper salva et integra, in Borussorum finibus vera humanitatis studia, solum et firmissimum PATRIAE praesidium, in omne tempus florent et crescant, supplicibus adeo precibus.

Scribebam Thoruni Calend. Jun. a. MDCCCXLIV.

non exstante arcuata habentur etiam atque excentri ex aliis quod  
est libatoeum est ut excentri ex aliis excentri ex aliis excentri ex aliis

libatoeum ex aliis excentri ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis

ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis

ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis

ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis

ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis

ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis

ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis

ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis ex aliis

**VI. CCCXII.** a. ant. dicitur. immo dicitur.

RETOVAN  
HISTORIEN  
VON  
WILHELM  
VON  
HESSE

MACHINA. Mach. ab organis bellicis distinxisse Vitruv. 10, 1. sibi visus est. Sed Tertull. in Scorpiac. scorpionem „machinam“ dixit. V. Stewe ch. in Veget. p. 393. — Quid intersit inter machinam et machinationem, post Moebium a lexici Forcelliniani editoribus German. laudatum scripsit Herzog. ad Caes. B. C. 2, 10. Machinamentum cuiuscunq; generis machinam significat. Sed id voc., ad Graecum μηχάνημα effectum, sermone vix terebatur. Ut apud alios semel, ita ap. Veget. bis legitur, 4, 8. 4, 22.

MACTO. Quod de voc. etymo exhibet Forcell., sibi habeat. Varronis autem ap. Non. l. optime explicavit Mützell (ad Curt. 4, 3, 18.), qui voc. in veram honorandi vim et significationem transire docuit ex eiusdem Varr. fragm. de Vit. P. R. p. 245. Bip.

MAGISTER. De magg. militum v. Stewe ch. ad Veget. p. 138. Vales. ad Amm. Marc. 16, 7. et ad Zosim. 4, 27., ubi sunt τῶν στρατιωτικῶν ὄπαρχοι. De Mag. census v. Lyd. de Magistrat. 2, 30.

MAGISTRIANI, μαγιστριανοί. Lyd. de Mag. 2, 10. 3, 7. et saepius.

MAGNES. Unde voc. originem duxerit Buttmannus, v. in I. Mus. d. Alterthumswiss. 2, 47.

MAGNUS. In v. maius antiqui solebant geminare literam i, quemadmodum etiam in similibus. Prisc. col. 545. — Maior patria, Mutterstadt, Curt. 4, 15, 22. ibique Mütz. — De v. maximus, quum idem est, q. maximus natu, v. prae ceteris Schmid. ad Horat. Epp. T. 1. p. 52.

MALACIA et flustra quomodo differant, adversus Festum (p. 67. Lind.) disputat Döderl. Syn. 1, 81. — V. omnino de h. v. Schneid. ad Caes. B. G. 3, 15, 3.

MALUS. Mala dicere i. q. maledicere, Catull. 93, 1. Tibull. 1, 2, 11. — Male interpretari i. q. in malam partem accipere, Sen. Ep. 63.

**MANCEPS**, publicanorum princeps, dicitur „auctor“ a Cic. p. Planc. 13. (quod non intellexit cum Ernestio Wunderus).

**MANDATUM.** In mandatis dare, Caes. B. G. 1, 44, 9.

**MANDERE** rostra i. q. rodere, iracundiae pingendae inservit ap. Cic. de Harusp. resp. 27., ubi v. Markl. et Wolf.

**MANEO.** De h. v. c. dat. constr. monuerunt Sanct. in Min. 2, 4., Ernest. in Clavi Cic. s. v. (qui tamen Cic. l. respicit, ubi veteres quidem, sed, quantum intelligo, non meliores libri, dat. exhibit), Ramsh. in Gr. L. §. 124. et imprimis Heins. ad Claud. in Eutr. 2, 478. Forcellinus quoque hanc structuram attigit: sed vellem dixisset, quum h. v. fere idem esset, quod „exspectare“ et tertium et quartum easum adiici, sed dat., nisi poetis, in usu non fuisse; verum de rebus, quae alicui reliquae sunt, vel reservantur, semper dandi easum efferri. Adde ad ll. ab Italo allatos et male dispositos Phaedr. 5, 6, 6, Senec. Ep. 5. Quod Ruddimann. in Instit. de genitivo h. v. iuncto dixit, id nihil est (quamquam praestolari c. genit. effertur in Sisennianis). De ablat. h. v. addito egregie docuit Stallbaum ad Rudd. 2. p. 194.

**MANGO.** Est gen. comm., Rhemn. Pal. 1370.

**MANSUETUDO.** De h. principis compellatione v. Niebuhrum immortalis memoriae virum, in Kl. Schr. 1, 320.

**MANUM** iniicere primum quidem actoris est, tum de eo legitur, qui aliquem cogit, ut consistat, vel sequatur. Sed est etiam i. q. manus afferre. Curt 10, 5, 37. 8, 23, 21. ibique Mütz. — Manu sata. Caes. B. C. 3, 44. — Manu consertum vocare ex iure, v. etiam Varr. de L. L. 5, 7, (p. 68. Bip.)

**MAPPA.** De m. post Spaldingum egerunt Voss. ad Virg. Georg. 4, 375. et Schmid. ad Hor. Epp. 1, 5, 22.

**MARE.** De re ingenti ut Graecum πότος, v. Scaliger. ad Catull. 105, 2, Dorvill. ad Charit. p. 636. ed. Lips., Cort. ad Sall. Cat. 23, 3., Ernest. ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 106. — Mare pro stagno, palude, Catull. 115. 2. — De ablat. „mare“ post Sanct. (Min. 2, 7.) egit Ruddim. 1, 82. ed. Stallb., unde ll. a Forcellino allatorum numerum facile augebis. Adde Catull. 4, 23. Cf. etiam, si placet, Schneid. Gr. Lat. 2, 219. et Interpp. Liv. et Flori, quos laudat Mütz. ad Curt. 5, 12, 22.

**MARGO.** Gen. fem. est etiam ap. Apulei. Met. 2, p. 40. 4, p. 103., de Mundo p. 729. (cf. Beroald. 1, p. 195., 434.) V. etiam Wernsdorf. Poet. L. m. 2., p. 286.

**MARS** aequus, par, alienus. V. Mütz., ad Curt. 4, 2, 8. 7, 30, 11.

**MARITUS.** Marita domus, quid sit, disce a Lindenbrog. ad Censor. 3, p. 17.

**MASTICHE** s. mastix. Ap. Pallad. h. v. gen. masc. esse, monuit Stallb. ad Ruddim. Inst. 1, p. 37. Qui vult, nominis originem repetat a μαστάζω, μασάομαι, mando, manduco, unde etiam Latinum maxilla. Est autem mastiche succus pistaciae lentisci Linn., vel attractilis gummiferae. V. Böttich. Sabin. p. 24., 50. Bernard. ad Nonn. epitom. c. 109. p. 338. Reperitur etiam in libris mastyx, sed nunquam mastychis.

**MATER** pro grāvidā, Grat. Cyneg. v. 342. Simili ratione „gener“ non solum maritus, sed etiam sponsus filiae est. V. Burm. ad Valer. Flacc. 3, 497. Wernsdorf. Poet. Lat. min. 3, p. 151.

**MATERIES** et materia. Quod inter h. v. discrīmen esse contendit Fronto, non ubique servari docuerunt multi, e quibus sunt Kraft. ad Muret. Oratt. p. 270., Kritz. ad Sall. Jug. 17, 5. Mütz. ad Curt. 5, 22, 7.

**MATRIMONIUM.** In matrimonio iungere editur etiam in Curt. 6, 36, 30.

**MAVORTIUS.** Mars ipse. Wernsd. Poet. L. m. 3, p. 56.

**MEDICATUS.** M. aquae, fontes, torrentium venae, v. ll., quos affert Mütz. ad Curt. 8, 49, 20.

**MEDIOCRIS** aditus, non plane incommodus. Herzog. ad Caes. B. C. 3, 42.

**MEDITOR.** De militum exercitatione saepiss. ap. Veget. V. Stewech. ad. Veg. 1, 20. „Meditatum cārmen“ perperam interpretatus est, quem laudant Forcelliniani operis editores, Schwarz ad Plin. Paneg. 3. extr. Immo aliud esse meditari cārmen, meditata secum requirere, meditatum aliq. tenere, atque ediscere et similia, nemo non intelligit.

**MEDIUS.** In medium consulere, v. Mütz. ad Curt. 8, 49, 20.

**MEDIUSFIDIUS.** Schneid. Gr. L. 1, 1, p. 256. Kritz. ad Sall. Cat. 35, 2.

**MERERI** aliquid dicunt etiam de eo, quod fieri consentaneum est. Kritz. ad Sall. Jug. 103, 5.

**MIROR** quid differat ab admiror, exponit Kritz. ad Sall. Jug. 2, 4.

**MOEROR** diversus a luctu. V. Kritz. ad Sall. Cat. 61, 9.

**MEL.** Putredinem impedit. V. Beckmanni Beitr. z. Gesch. d. Erf. 2, 375. & 99. Cf. praeter ll., quos Forcell. attulit, Apic. 1, 20, Lucret. 3, 902, Stat. Silv. 3, 2, Varr. ap. Non. c. 3., Plin. H. N. 7, 3.

**MELIOR.** De h. comparat. etymo ingeniose sentit Döderl. Syn. 1, 45. — Melior i. q. potentior (ut „prior“ pro praestantiore) non solum apud poetam est, sed etiam in Cic. Phil. 8, 6. Ita Graeci ρεττων et βελτερος, de qua re prae aliis v. Valken. ad Eurip. Hippol. 1216. Similiter „minor“ i. est q. ηττων. Addit Horat. „in certamine“ Sed nulla eiusmodi vox additur in Grat. Cyneg. v. 340. — „Melius est“ interdum dativo iungitur. Gronov. ad Liv. 3, 41, 3. Drakenb. ad eund. 39, 54, 12.

**MENS**, animalium indoles (Instinct). Virg. Georg. 3, 267. cf. Wernsd. Poet. L. m. 2, p. 221. — Mens animi. Comparat θυμὸν ἐν φρεσὶ Schrader. ad Mus. p. 192. — Mens de perturbatione mentis frequentissimum est, v. tamen Schmid. ad Hor. Epp. 1, 2, 60. — Mentis publicae princeps senatus. V., quae confessus est Wolf. ad Cic. de Harusp. resp. 27.

**MENSIS.** Gen. pl. mensum bene dedit Zumpt. in Curt. 5, 6, 45. Eandem formam libri exhibent in Cic. Epp. ad Fam 3, 6, 5, nee non 7, 17, 1. Egerunt de hac forma Gronov. et Garaton. ad Cic. Verr. 2, 74., Lindenbrog. ad Censorin. c. 22. p. 136., Bünemann. ad Laetant. Phoen. v. 27, Schott. ad fragm. C. Nep. p. m. 781., Schneid. Gr. L. 2, p. 244.

**MENSIO.** Est etiam in Hygin. P. astr. 4, 14. Sed num saepius reperiatur, dubito, quemadmodum etiam „rancor“, praeter ll. a Forcell. laudatos non nisi in Cassiod. de Amic. p. 598., et „usnalis“ ter tantum (nam est etiam ap. Serv. ad Virg. Aen. 1, 258) occurtere videtur. Bis „foenarius“ (cf. Gruteri Thes. inscr. 152, 8.), ter „cymatium“ (adde Tertull. de Idol. 8).

**MERCATOR.** V. Heindorf. ad Hor. Sat. 1, 1, 6.

**MERGERE** i. g. pessum dare. Adde Wernsdorf. Poet. L. m. 3, p. 34. p. 72.

**METERE.** Non solum de caede militari est, sed simpliciter sign. occidere. Drakenb. ad Sil. Ital. 10, 146. Burmann. ad Val. Flacc. 3, 670. Burm. Sec. ad Anthol. L. 1, p. 96.

**MICO.** De v. perf. et sup. v. Ruddim. 1, p. 213. ed. Stallb. — „Micare in tenebris“ optime explicat Otto ad Cic. de Fin. 2, 16.

**MILES** in singul. num. pro collectione militum non solum a Tacito sed etiam a Curtio, (quod non miraberis), et in omnibus quidem casibus usurpatur. Mütz. ad Curt. 1, 1, 1. — De militibus limitaneis egit Walter, Gesch. des röm. R. p. 402.

**MILITARIS** absolute pro milite etiam ap. Curtium, sermonis Tacitei imitatem. Mütz. ad Curt. 8, 48, 10.

**MILITO** i. q. miles, cf. cum Apuleii l. Wernsd. Poet. L. m. 2. p. 232.

**MILIUM** Indicum, die Moorhirse, secundum Beckm., Beitr. z. Gesch. d. Erf. 2, 544.

**MINEO.** Habet etiam Lucret. v. 1193.

**MIROR.** V. medium est, unde et de rebus dicitur, quas cum voluptate adspicimus (cf. cum Interpp. ad Hor. Epp. 1, 6, 18. Valkenar. ad Eur. Hippol. 16. 105.) et de iis, quas cum dolore et horrore adspicimus. Lucan. 2, 28. „miraturque malum.“

**MITIGO,** duro ad alqd. Mütz. ad Curt. 8, 48. 10.

**MITIS.** Sunt etiam apud prosae orationis scriptores „mitiores plагae“ (Plin. H. N. 14, 21, 27.) et „mitiora“ Curt. 7, 18, 26.

**MITRA.** De hoc capitnis tegumento egerunt Graev. in Lectt. Hesiod. c. 33., Salmas. ad Solin. p. 392., Burmann ad Ovid. Met. 5, 53.

**MITTO** pro omitto, praetermitto (excludo). Ita etiam Sisenna ap. Non. s. v. (Wernicke in Sisenn. p. 28). — Mittere absolute usurpari et supino maxime iungi vulgo notum (Corte ad Sall. Jug. 20, 5. Dähne ad Nep. Them. 2, 6). Sed est non solum i. q. legatos mittere, vel literas mittere, sed omnino nuntiare (wissen lassen, sagen lassen), idque non semel ap. Cicer. cf. Epp. ad Attie. 4, 11. Phil. 5, 10. „ad civem mittimus, ne“ etc. Ita Graecis praeter πέμπειν, ἐπιστέλλειν (Aelian. V. Hist. 11, 5 & 19). et ἀναποστέλλειν (Polyb.). — Mittere alicui librum pro „inscribere“ notum est ex Wolf. Lit. Anal. 2, 307. et aliunde. At quid intersit inter locutiones „liber inscribitur“ et „inscriptus est“, cum alio sensu dicatur, docuerunt Gernhard et Beier ad Cic. de Off. 2, 9, 31. — Mittere signa i. q. edere, prodere. Caes. B. C. 1, 71, ubi v. Herzog. — Mittere signa

et arma (e manibus dimittere) Caes. B. C. 3, 95. Ita praeda „mittitur“ ap. Liv. 35, 21. extr. et „mittere hostem e manibus“ est ap. eund. 32, 9.

**MENSA.** In mensa vesci, V. Mütz. ad Curt. 5, 8, 14. — Mensae non solum removentur, sed etiam moventur. Curt. 7, 16, 14.

**MODUS.** Non raro ad conditionem hominum refertur. Mütz. ad Curt. 6, 13, 17. — Modus lunae (Mondsphase) Curt. 8, 33, 36.

**MOERUS.** Heins. ad Virg. Aen. 9, 664. 10, 24. & 144. Burm. Anth. L. 1, p. 65. Nihil obstat, quod in his et aliis locis etiam a bonae notae libris „murus“ exhibetur. „Moenire“ est etiam ap. Gell. 7, 1, 8. cf. Salmas. ad Solin. T. 1., p. 372. (ed. Paris.) et ad Tertull. Pall. p. 171. (pr. ed.)

**MOLES**, pinguedo. Adde in lex. Forc. Auson. Ephem. v. 9., Nemes. Cyneq. v. 168.

**MOLESTE** sedulus i. q. illud Ovidianum „male sedulus“, Mütz. ad Curt. 3, 15, 11.

**MOLLE**, quod non arduum et erectum est, secundum Non. Marc. 4, 301. Ita in Plin. Epp. 2, 17, 15. Molle iugum Tac. Germ. 1, 3. Inde mollis planities locis scopolosis et abruptis opponitur ap. Plin. H. N. 6, 18, 22. Solum mollius Curt. 5, 10, 2. 8, 30, 7. — Mollis pes, qui delicate movetur, Catull. 68, 70. Molliter ire, Prop. 2, 12, 24. cf. ἀβρά ποδῶν βήματα Anth. Gr. I. v. 67. Burm. ad Ovid. Amor. 2, 4, 30. Ita mollia brachia, Ovid. Art. am. 1, 595).

**MONERE** infinitivo iung. ap. Cie. de Fin. 1, 20 (66). Ita hortari in Nep. Phoc. 1, 3.

**MONITOR**, qui in scena monet histrionem, secundum Bulenger. de Theatro 1, c. 46. V. tamen Boettig. Quid sit fab. docere 1. p. 10. et cf. Lang. Vind. trag. Rom. p. 46. et Reimar. ad Dion. Cass. 2. p. 1000.

**MONTES** angusti qui sint ap. Caes. B. G. 4, 23, 3., Morus, se nescire, fassus est, neque alii (cf. Ramsh. Gr. L. §. 206.) explicaverunt ante Car. Ern. Schneiderum. Sunt enim, ut cum Tacito loquar, montes angusto dorso continui. — Montes nihil nisi pastorum sedes. Wernsd. Poet L. m. 2, p. 92., 130.

**MONTANI**, pars Romanorum, quod ad. Cic. p. Domo 28. e. Varr. de L. L. 5, 3. p. 49. bene docuit Gesner. Idein est in inscr. ap. Grut. 368, 5.

**MONTIGENA.** Forcellinus habet, neglexit Scheller. Vocem optime defendit Burm. in Anth. L. 1, p. 30. Est enim simpliciter ὄρεῖα μῆτηρ, montium dea, quo vocabulo nymphae appellantur ap. Plat. in Phaedro p. 263. cf. Ilgen. ad Hom. Hymn. p. 229. Simile aliquid est θειῶν παῖδες ap. Soph. Electr. 112. Ceterum Forcellum quoque simplicia vocabula non raro neglexisse, haec documenta erunt: impansabiliter (Cael. Aurel. morb. chron. 3, 2, 20.), laudative (Donat. ad Terent. Eun. 5, 8, 5), succurritius (Schol. Germanici T. II. p. 117. ed. Buhle), spicatum (unguenti genus, vox Romana, σπικάτον ap. Galen. de comp. medic. sec. locos T. 2, p. 60), epularia (corbium genus, Laur. Lyd. in fragm. p. 11.), bustium (ib. p. 124.), antemisium (mensarum genus ap. Romanos ἀντημίσιον, Zonar. Lex. p. 193.), tuentio Gruteri Thes. inscr. 152, 8. Commel.), garismatium (Cassiodor. iu Var.

12, 22), veretretum (Colum. 1, 3, 10), retro (ut προπρό ap. Graec., Thes. Grut. 175, 9). Cf. MAGISTRIANI, OLEASTRUM et al.

**MONTIVAGUS.** Habet etiam Calpurn. Ecl. 10, 17.

**MONTOSUS** et montuosus. Utrumque usitatum esse doc. Drakenb. ad Liv. 39, 1. Garatoniū ad Cic. pro Planc. 9. (22) in Tullii sermone „montosus“ praeferit, cui tamen neque Orellius, neque Wunderus assentuntur.

**MONUMENTUM** urbis opponitur sepulcro. Wolf. ad Cic. p. Domo 37.

**MORA.** Metonymice ad hominem refertur. Ita bene Forcell. Adde Senec. Agam. 211. et v. Drakenb. ad Sil. 8, 33., Burm. ad Anth. L. 1. p. 88.

**MORATOR,** Marodeur. Liv. 21, 47, 3. 21, 48, 6. 24, 41, 4. Forcell. genit. „moratorum“ perperam ad „moratus“ refert. Moratores enim in nom. sunt ap. Curt. 4, 40, 10. in optimis utriusque generis codd. mscr.

**MORBUS,** animi vitium, est in lexicis (cf. Cort. ad Sall. Cat 36, 5). Ceterum πάθη a morbis animi (νόσοι, v. Trilleri Obss. crit. p. 377., Victor. Var. lectt. 1, 14) Cicero bene distinxit.

**MORTALIS** deus homo est ap. Cic., de Fin. 2, 13. ex Heracliti sententia, ut docet Davis.

**MOS.** „Malo more“ i. q. sine more, nullo more, nullo bono more, Steweck. ad Veget. 1, 20. (p. 56.) — Moribus publicis degere expl. Mütz. ad Curt. 8, 33, 33.

**MOTUS** fortunae, conversio, Caes. B. C. 2, 17, ut „motus temporum“ ap. Cie.

**MOVERE.** Movens et stans voluptas, ἡ κατασηματικὴ καὶ ἡ ἐν κινήσει. Cic. de Fin. 2, 10. — Movere, aufbrechen, v. Mütz.. ad Curt. 5, 35, 1. Ita „movere“ saepius v. neutrum est ap. Liv. et Hirt. — „Pugna se moverat“ de proelio ancipiti. Curt. 8, 47, 6.

**MULCARE,** laedere. Adde ad l. Livii a Forcell. exhibitum eos, quos affert Mütz. ad Curt. 7, 42, 17.

**MULCEO.** De v. perf. et sup. cf. Ruddim. 1, p. 221. ed. Stallb.

**MULTICIA** (vestimenta), cf. Burm. ad Anth. L. I, p. 71.

**MUNDUS,** coelum. V. praeter Lucani interpp. a lex. Forcell. editoribus laudatos Drakenb. ad Sil. 12, 336. Castalion. ad Rutil. Itinerar. 1, 117., Interpp. ad Val. Flace. 1, 563., Barth. ad Claud. p. 1190. Burm. ad Anth. L. 1, p. 51, Broukhus. in Tibull. 3, 4, 17 (qui tamen in hac re mirifice erravit), Gronov. Obss. 1. c. 9. (p. 68. ed Plattner.). Ita Graecis χώρας pro coelo, Wesseling. ad Diod. Sic. 1., p. 225.

**MUNDUS** muliebris saepissime certe ab „ornatu“ discernitur, ut Gall. nippes a bijoux (V. praeter ea, quae attulit Forcell., Cuiac. et Schulting. ad Paulli IC. Sentent. 3, 6, §. 83. 84., Brisson. s. v., Böttiger. Sabin. 1, 91.), nec negligi, quod de altera v. significatione exposuit Duker. ad Liv. 34, 7.

**MUNERA** personalia, patrimoniorum, mixta, sordida, Walter, R. R. p. 394.

MURICES non differre a tribulis constat e loco Polyaeni (4, 3, 17), quem cum Curtii verbis (4, 51, 36) bene comparat Mütz. Tribulos describit Veget. 3, 24, (ubi v. Stewe ch. p. 322), cf. Lips. Poliore. 5, 3, p. 624 sqq.

MURRHINA vasa. De iis haud negligenda puto, quae dederunt Roloff. et Buttmann. in Mus. d. Alt. 2, 509 sqq.

MUTABILIS arbor quid sit, erue tibi e Calpurn. 2, 40.

MUTARE pro mutari. Non ignotum, v. tamen Vulp. ad Catull. 22, 11. Cort. ad Sallust. Jug. 38, 10. Drakenb. ad Liv. 3, 10. (p. 577.). Ramsh. §. 74. De verbi structura cf. etiam Drak. ad Liv. T. II. p. 30.

MUTUUS, non semper i. q. reciprocus (wechselseitig), sed saepe de rebus, quae modo utrimque fiunt (beiderseitig). V. Mütz. ad Curt. 4, 41, 21.

N.  
NAM ad omissam sententiam saepius referri, multi iam observaverunt. V.

Kritz. ad Sall. Jug. 19, 2. Adde Mütz. ad Curt. 3, 4, 9. Ea propria particulae „namque“ ratio est, quae sermonem non simpliciter, sed continuando explanat atque adeo, quum parenthesis infert, cum omessa sententia coniungenda est. Liv. 7, 32, 3. Curt. 8, 49, 28. 9, 18, 28. V., quod de hac particula atque eius positu disputat Mütz. ad Curt. 3, 10, 6 et 3, 30, 5. „Namque etiam“ (nämlich auch) ad argumentum subintelligendum novum adiicit. Caes. B. C. 3, 86. 3, 34.

NARTHECIUM. Böttig. Sab. p. 20.

NASCOR. „Collis nascitur“ est etiam in Sall. Jug. 48, 3.

NATALIS (dies). Ablat. natale habet Lucan. 7, 391. cf. Priscian. 759., qui hanc formam perperam ad nominat. natale refert. Ceterum de absoluto v. usu v. Serv. ad Virg. Ecl. 3., Lindenbrog. ad Censor. 2. (p. 9.). Gellius 19. 9. lucem annuam, Tacitus diem genitalem dixit. — Natalibus suis restitui. Dicitur etiam natalium „restitutio“ in Digest 40, 11. Rem explicat Walter, R. R. p. 352. 503. 516.

NATURAE situs i. q. naturalis. Refutat Walchium, qui hoc minus Latinum esse volebat (Hall. Lit. Zeit. 1829. Jan. p. 111.) Mütz. ad Curt. 6, 12, 15. cf. 7, 15, 4. — „Ut natura fert“ explicat Herz. ad Caes. B. C. 3, 61.

**NATURALITER** innata alacritas. Locutionem bene defendunt Oberlinus et Herz. ad Caes. B. C. 3, 92.

**NAVICULA** parvula, Caes. B. C. 3, 104, ubi v. Herz.

**NAVIS**. De accusat. v. Donat. col. 1750. Charis. 101. Navim ap. Cic. de Nat. deor. 3, 37 (89) ex codd. dedit Heindorf. In plerisque vett. libris ap. Virg. Aen. 5, 283 legi, testatus est Pierius. — De ablat. vide Charis. p. 33, 101. Prisc. 766. Serv. 1785.

**NAVITA**, mercator, Heyne ad Tibull. 1, 1, 50.

**NE**-quidem, auch nicht. Held ad Caes. B. C. 2, 33. Mütz. ad Curtium 3, 3, 23. cf. 4, 28, 22. 4, 63. fin., Cic. ad Famil. 15, 4, 10. — Ne pro „ne-quidem“ effterri multi negaverunt, sed vide Gernhard. in Addend. ad Cic. Parad. p. 320. Nec pro „ne quidem“ non rarum; ita apud Liv. 31, 22, 7. Plin. Epp. 2, 2, 3. Panegyr. 16, 3. et apud alios, sed frequentissime in Senecae et Justini libris, ut docent exempla, quae affert Mütz. ad Curt. 7, 25, 4. Alia exempla dedit Kritz. ad Sall. Jug. 98, 4. Aliena sunt in Ramshorn. Grammat. Lat. §. 188. De locutione „nec — quidem“ vide Mütz. ad Curt. 3, 29, 24, cf. Kritz. ad Sall. Jugurth. 51, 5. — „Ita, — ne“ (ubi „ut non“ exspectant tirones) Liv. 22, 61, 5. Curt. 9, 22, 22.

**NEBULO**. Aelius Stilo (Fest. s. v.) nebulonem ideo appellatum esse docet, quod non pluris sit, quam nebula. Quae tamen sapientia non multum discrepat a Nigidii Figuli (Gell. 13, 10), qui fratrem quasi „fere alterum“ dixit, Censorini (c. 4.) et Isidori (Origg. 11, 2), qui pueros a puritate vocitatos esse voluerunt, atque iure periti illius veteris ingeniosa sagacitate, qui mutuando „meum tuum“ fieri (Just. Institt. 2, 10 init.), et testamentum inde nomen cepisse, quod „mentis testationem“ exhiberet (ib. 2, 10 init.), severa fronte exposuit. At de nebulone vera viderunt Heindorf. ad Hor. Sat. 1, 1, 104 et Döderl. Syn. 1, p. 54.

**NEBULOSA** (retia), Graecis νεφέλαι, v. Wernsd. Poet. L. m. 1, p. 135.

**NECESSARIO** coactus. Ita saepe Caes. Exempla sunt B. C. 3, 49, 3, 78. B. G. 1, 17. Necessaria re coactus, B. C. 1, 41.

**NECESSITAS** temporis, non temporis angustiae, ap. Caes. B. G. 2, 22, 1.

**NECESSITUDINES** non solum affines et amici sunt, sed ipsi propinqui, ut filius ap. Plin. Epp. 10, 19, 3, frater ap. Suet. in Tib. 50. — Necessitas et necessitudo quo differant, omnibus notum est. V. tamen Herz. ad Caes. B. C. 1, 8.

**NECO**. Quod disserimen Diomedes et Priscianus inter „enectus“ et „enecatus“ statuunt, id vanum est. V. Stallbaum. ad Ruddim. 1, p. 214.

**NEFUNUS**. Funera nefunera (ap. Catull.), quae nulla sunt, cf. nefas, nefren-deo et similia. Non plane eadem ratione Graeci ἀδωρα δῶρα, νόμφη ἀνυψεύτος, quos imitatus est Cic. in Philipp. 1, 2. et vetus ille poeta „innuptis nuptiis.“ Confunduntur tamen haec in lexicis et alibi. Ceterum de omni hoc dicendi genere praeter P. Victor. in Var. lectt. 10, c. 12. et Interpp. a lex. Forcell. editoribus Germ. laudatos egerunt Wolf. ad Aeschin. c. Ctesiph. p. 1332. ed. Fref. a.

9

1604. (p. 521. ed. Lips.) Giacomell. ad Aeschyl. Prom. 547., Curt. ad Cic. Epp. ad Fam. 7, 9., Savaron. ad Sidon. Epp. 4, 16. et alii multi.

NEGO. Negat negare i. e. affirmat. Catull. 4, 6. — Negat — neque, v. Goer. ad Cie. Acad. 2, 47. et ad eund. de Fin. 1, 16.

NEGOTIUM agere quid sit, et quid n. gerere, innuit Mütz. (eui, quae dedit Ramsh. in Syn. 2, p. 276. sufficere non potuerunt) ad Curt. 5, 31, 16. cf. 4, 42, 29.

NEMO unus. H. vv. alio sensu, quam qui explicatur in Forcell. lexico, esse ap. Caes. B. C. 3, 18., nemo non videt. Cf. Liv. 2, 6. 28, 35.

NEMUS (Hesych. νέμος, σύνδενδρος τόπος) et saltus quo differant, v. in Döderl. Syn. 2, p. 92.

NEO. Supinum netum firmavit Vossius ex Corippo et Ulpiani ad Sabin. I. 22. V. Stallb. ad Rudd. 1., p. 219.

NEPOS gen. comm. est, quemadmodum „puer“, quamvis gen. fem. obsoletum sit. V. praeter alios, quos Italus laudat, Prisc. 709. — Nepos pro prodigo v. PATRUUS.

NEPTIS. De v. genere v. Charis. 70. — Accusat. neptim in optimis Curtii codd. (quos Gallicanos appellavit Orell.) legitur 6, 5, 7. — Ablat. nepti exhibetur ap. Tac. Ann. 3, 23., „nepte“ ap. Spart. in Hadr. 2. Ad has rariores formas adde ablativum amni (v. Mütz. ad Curt. 4, 34, 7, qui etiam de „igne“ et „igni“ egregie disputat ad 3, 47. cf. 3, 9, 3.), corbi (quod bis habet Cat. R. R. 136.), convalli (Varr. R. R. 1, 12, 3. Apul. Met. 1, p. 33. ed. Oud.) et alias, de quibus v. Schneid. Gr.

NEX. Vitae necisque dominus (arbiter), Liv. 30, 12, 12. Curt. 4, 4, 22.

NIDUS. Male Forcell. de quovis cuiusque domicilio dici putat. Est tantum de iis, quae in edito loco sita sunt, ut docent exempla ab ipso allata, ad quae adde Hor. Od. 3, 4, 14. Ita Graecis καλά. V. Gataker in Adversar. posth. 2, 17. p. 363.

NIHIL aut paulo, οὐλέγον ἢ οὐδέν. Dorvill. ad Charit. p. 581. (ed. Lips.) — Nihil dicere i. q. non prohibere. Wolf. ad Cic. p. Red. in Sen. 5.

NIMBUS, fasciola. V. ante alios Böttig. in Sab. p. 130.

NIMIUM in sequioris aevi auctoribus i. q. valde. Wernsd. Poet. L. m. 1, p. 131. cf. 3, p. 158.

NITEO. De bene pastis et pinguibus dici notum est. De hac. v. significazione non imperfectius (ut equidem existimo) interpretibus Petronii, quos Forcell. laudat, egerunt Faber et Scheff. ad Phaedr. 3, 7, 4., Interpp. Tibulli ad. 2, 1, 21., Gebhard. ad Corn. Nep. Eum. 5., Ruhnken ad Ter. Eum. 2, 2, 11., Hochheder ad Hor. A. p. 351.

NODOSA podagra, non quod nodos et articulos infestet, sed „quia multos habet nodos.“ Cf. Ramsh. Lex. syn. p. XXX. Similiter dicitur „lapidosa chiragra“ ap. Pers. 5, 58.

**NOMEN**, nomina, pro ipsa nobilitate (noi fama). Cie. p. Planc. 7., Graev. ad Cic. Epp. ad Famil. 3, 8. — N. arcarium, transscripticum, Walter, R. R. p. 630 sqq.

**NOMENCLATOR**. De munere eius v. Interpp. ad Luc. Nigrin. T. 1. p. 257. ed. Bip., de Mercede cond. T. 3, p. 530., Gesner. ad Plin. Epp. 2, 14, 6. Sigan. de Judic. 2, c. 30., Heineccii Jurispr. Rom. 4, 18, 77. (T. 2. p. 403.)

**NOS**, ubi pro „ego“ est, interdum praedicatum in singulari recipit. V. Voss. de Anal. 4, 23. et Broukhus. ad Tibull. 3, 6, 55. — „Nos“ scriptoribus Romanis interdum est i. q. *populus Rom.*, Kritz. ad Sall. Jug. 65, 2. — *Nostri* pro „nostrum“, Curt. 5, 18, 14.

**NOTARIUS**. De iis v. omnino Walter., R. R. p. 365, ubi etiam de magistranis, qui iidem agentes in rebus appellabantur, de melloproximis et aliis, qui ab officiis erant, agitur.

**NOVI**. „*Nostis cetera*“ ubi usurpetur, v. in Wunderi Prolegg, ad Cic. p. Planc. p. 58.

**NOX** pro somno legitur etiam ap. Catull. 5, 6. De h. signif. v. ante alios Drakenb. ad Sil. 3, 216. — „*Noctes atque dies*“, v. Otto ad Cic. de Fin. 1, 16.

**NOXAE** particeps. Curt. 7, 9, 29.

**NUBO**. Etiam de bestiis dicitur. Munker. ad Hyg. Fabb. 14., p. 34.

**NUBS**. Hanc formam tuetur etiam Valer. Probi testimonium, col. 1462.

**NUDO**. N. consilia i. q. aperio. Mütz. ad Curt. 7, 19, 39.

**NUDUS**, inermis. Drakenb. ad Liv. 5, 43, 3. Kritz. ad Sall. Jug. 107, 1.

**NUGAS** proprie pro naeniis diei e Plauti loco notissimo primus perperam coniecit Scaliger ad Varr. de L. L. T. 2, p. 227. ed. Bip., quem secuti sunt Kirchmann. de Funerib. R. 2, c. 6., Cuper in Obss. 1, 1, p. 6. et Forcellinus.

**NUMEN** senatus in Cic. Phil. 3, 13 auctoritas est et, quae proprie dicitur, ἐπικύρωσις, cf. Liv. 7, 30. Quae quum antiquitus etiam populi esset (Liv. 1, 17, 1, 22, 1, 32. cf. Dion. Arch. 2, 60, 4, 12, adde Lic. Macr. orat. 1. in Sall. Hist. fragm. I. 3. et v. Niebuhr., R. G. 1, 688), Cicero in orat. p. red. ad Quir. 8. „numen pop. R.“ non tam inepte dixit, quam visum est Marklando.

**NUMERUS**. „N. finire“ tuetur Mütz. ad Curt. 4, 63, 26.

**NUMULARII**, mensarii s. mensularii quo ab argentariis differant, docet Walter, R. R. p. 250.

**NUNDINAE**. De trinundino s. trino nundino v. Drakenb. ad Liv. 3, 35. Garaton. ad Cic. p. Domo 16. et Phil. 5, 3.

**NUPER** maxime nihil nisi nuperrime. Caes. B. C. 3, 9.

**NUTRIO**. Non est „defendo“ ap. Catull. 19, 4. cf. Hor. Od. 4, 5, 18.

●

De h. literae mutatione v. praeter Priscianum Vel. Long. 2216, Charis. 57, Cassiod. 2289. Ad locum grammaticae Schneider. a lexici Forcell. edit. Germ. laudatum adde 2, 1, p. 75.

**OBEQUITARE** c. accus. innxit Amm. Marc. 24, 2. Apud Curt. 3, 25, 4. scriptura non satis certa est.

**OBIICERE** i. q. hostibus obiicere. Caes. B. C. 3, 88.

**OBSCENUS**. H. v. magis de verborum quam rerum turpitudine dici exposuit Wyttbach. in Bibl. crit. 8, p. 76. — Obscenus i. q. abominandus, v. Döring. ad Catull. 68, 99.

**OBSERVARE** quid differat a v. colere, v. ap. Kritz. ad Sall. Jug. 1, 10, 8. cf. Död. Syn. 2, p. 186.

**OBSES** pro vicario. Wernsdorf. Poet. L. m. 3, 159.

**OBSIDERI** omnibus rebus i. q. premi, Caes. B. C. 1, 94.

**OBSIDIONEM** solvere duplici sensu veteres dixerunt. Est enim et „obs. relinquere“ et „urbem obsidione liberare.“ V. Mütz. ad Curt. 6, 24, 34.

**OBTERO** pondere i. q. opprimo, Lucret. 3, 916. cf. Interpp. ad Prop. 4, 11. „Obterere hostem“ pro „delere“ cum Tacito dixit Curtius 3, 5, 10. 4, 57, 18. cf. Gronov. ad Liv. 27, 41.

**OBTINEO** rem, vinco, Caes. B. C. 1, 72. 3, 111. — Obtinere provinciam, in prov. cum imperio esse, v. Herz. ad Caes. B. C. 1, 85. — Obtinere et retinere quo differant, doc. Gronov. ad Liv. 26, 20, 1. 3, 36, 9. Mütz. ad Curt. 4, 5, 30.

**OBVERTI** artis militaris vocabulum fuit, Fragn. Sisenn. apud Nonium s. v. manipuli (Wernicke in Sisennianis p. 30), Liv. 6, 24. 9, 21. 9, 35. Eadem ratione vocabulo praeverti usus erat Cato in libris Originum (vide Gell. Noct. Attic. 3, 7, 6.) et voce transversus Sallust. in Jug. 49, 6., in quo loco illum Sisenae imitatus esse videtur.

**OCCASIO** tua, sua. Liv. 22, 39, 21. 4, 58, 2. — Occ. temporis, Caes. B. C. 3, 79., fortunae ib. 1, 40.

**OCCATIO**. Isid. Origg. 17, 2. „dicta occasio, quasi obcaecatio, quod operat semina.“

**OCCIDERE** et concidere quo differant, docet Wolf. ad Cic. Or. p. Domo 36.

**OCCULTAE** res Ciceroni eae maxime dicuntur, quae solius rationis ope intelliguntur. Görenz. ad Cic. de Fin. 1, 19. Unde fit, ut de rerum natura quoque dicatur. — Occultus et obscurus eiusdem originis esse videntur Döderl. in Syn. 1, p. 183.

**OCCUPO**, praecipio, praeoccupo. Unde etiam „occupare liberum mortis arbitrium“ apud Curt. 4, 19, 12. Cf. Ruperti ad Liv. 1, 14., Schmid. ad Horat. Epp. 1, 6, 32. — Occupare exercitum, assequi, Curt. 11, 4. — Occupatus „in re“ et „re“ non idem valet, Herz. ad Caes. B. C. 2, 13.

**OCCURRO**, repugno, adversor. Dubitabat de hac vocis vi Ernestius. Sed v. Brem. et Gör. ad Cic. de Fin. 2, 33.

**OCULITUS** amare. Similiter „plus oculis amare“ Catullus dixit 3, 5 et 14, 1. cf. Fest s. v. Ita Graeci ὅμηρος, διόπταλμός de re admodum cara dixerunt. Itaque Cicero villulas suas Italiae ocellos appellans non „praestantes“ dicit (ut Forcell. visum est), sed quae in omnium deliciis erant. Cf. Rittershus. ad Opp. Halient. 1, 703., Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. 211., Barth. Advers. p. 516., Burm. ad Quintil. p. 494.

**OCULUS**. In oculis esse. Quaede h. phrasi Forcell. dedit, non satis sufficient. Est et idem, quod amare, et in conspectu esse significat (Vorst. de Lat. falso susp. p. 265) et locutioni „in oculis vivere, habitare“ finitima est. Sed, transfertur etiam ad animum, Mütz. ad Curt. 3, 14, 3.

**ODIUM** i. q. taedium, Caes. B. C. 2, 13, ubi v. Herz.

**OEDIPUS**. De Graeca v. terminatione egit Bremi ad Cic. de Fato 13.

**OFFENSIO** apud Caesarem quidem plerumque activa significatione legitur, semel tantum passiva (B. C. 3, 57, ubi v. Herz.). Corrige igitur, si placet, quod in lex. Forcell. edit. Germ. de hac re legitur.

**OFFICIA** extare. Latinum esse negavit Ernestius, sed bene tuetur Wunderus ad Cic. p. Planc. 33.

**OFFUCIAE**, ubi idem fere est, quod fallacie, in plurali tantum numero reperitur. Ita etiam in Wernsd. Poet. L. m. 3. p. 487.

**OLEASTRUM**. Haec forma, a Forcellino praetermissa, poetica est, vide Wernsdorf. Poet. Cat. min. 2, p. 95, quemadmodum etiam „concordium“ pro concordia et „discordium“ pro discordia, ibid. 2, 316. et 317. — Oleaster numquam generis femin. fuit, quamvis Vossius in Cicer. Verrin. 3, 23 scripturam Cratandrinam praetulerit ad Virgil. Georg. 2, 182. Etiam diminutivum oleastellus gen. masc. est, Colum. 12, 49.

**OLEO**. De v. praeterito et supino v. Stallb. ad Ruddim. 1, 220. De verborum aboleo et adoleo formis si quid statuere vis, ad Prisc. 872. adhibe Diomed. 370. Verbo suboleo perfectum subolui nullo iure assignat Forcell.

**OLIM** in narratiuncularum exordio sollemne est. Donat. ad Ter. Andr. 5, 4, 20. Exempla sunt: Ter. 1, 3, 16. Hor. Sat. 2, 6, 79. Epp. 1, 1, 73. 1, 10, 42.

**OMNIS** pro „qualisunque“ etiam apud Ciceronem legitur in Verr. 2, 17, ad Fam. 7, 26. Cf. Scheffer. ad Phaedr. 1, 2, 24. Ita omnis fortuna ap. Caes. B. G. 3, 8, 3 adversa pariter et secunda est, et ap. Liv. 22, 41 publica privataque. — Gallia omnis quid sit ap. Caes. B. G. 1, 1, optime intellexit Schneiderus, quem v. — „Omnium“ frequenter pronomini quisquam additur. Kritz. ad Sall. Cat. 51, 2.

**ONERARE** inopiam. Liv. 5, 39, 13.

**ONUS** benefici. Cic. p. Planc. 32 et 33.

**OPACUS** et umbrosus alia ratione differe, atque Döderl. in Syn. 3, p. 170. docuit, contendit Ramsh. in Syn. 1, 182. Adversus utrumque disputat Mütz. ad Curt. 5, 14, 9.

**OPERAE**, negotia publicanorum, ut recte monstrat Forcell. Maiorem exemplorum numerum pete ex Manut. observat. ad Cic. p. Planc. 18., Cort. ad Cic. Epp. ad Fam. 13, 9, Garaton. ad Cic. Verr. 2, 70. — „Operae est“ legitur etiam ap. Curt. 8, 33, 37, de qua locutione v. omnino Kritz. ad Sall. Jug. 81, 3. — Opera et studium quo differant, v. ap. Död. in Syn. 1, p. 111., 125.

**OPERTUM**, fornax, hypocaustum, tecta, cf. Wernsd. Poet. L. m. 1, p. 218.

**OPICI**, Osci. Niebuhr, R. G. 1, 75. Döderl. Syn. 1, p. 13.

**OPPORTUNUS** pro aliquo et contra aliquem, Kritz. ad Sall. Jug. 88, 4. — Verum vocis etymon exhibit Döderl. in Syn. 1, p. 151.

**OPPORTUNITAS**, locus opportunus, Curt. 8, 46, 18.

**OPPRIMERE**, abscondere, tegere. V. Kritz. ad Sall. Jug. 1, 72, 1.

**OPE** summa frequens pro valde, v. Kritz. ad Sall. Cat. 38, 2. —

**OPTIMA** ratio est optimatum ap. Cic. p. Domo 32. et opponitur populari. Ceterum corrigere, quod de popularibus s. v. optimus elapsum est lex. Forcell. editoribus Germ. — Optimus interdum per ironiam dicitur, ut βέλτιστος ap. Platonem. Gör. ad Cic. de Fin. 1, 7. cf. **PESSIMUS**.

**OPULENTUS** addito ablativo significat abunde instructum et eo validum, Kritz. ad Sall. Jug. 57, 1. — Opulenta bona, Curt. 8, 23, 26.

**ORATIONEM** de scripto dicere. Adde ad Cic. l. a Forcell. laud. eiusdem Or. p. Sext. 61., Phil. 1, 1. 10, 2.

**ORATOR** non idem est atque legatus, v. Schneid. ad Caes. B. G. 4, 27, 3. Kritz. ad Sall. Jug. 24, 1. 108, 1.

**ORBES** temporum, astrorum cursus, Curt. 4, 39, 5. — De orbe et agmine quadrato exponit Schneid. ad Caes. B. G. 4, 37, 2.

**ORDINARE** gentem, ut alibi dicitur „o. provinciam.“ Curt. 7, 11, 3.

**ORDO** λόγος est ap. Curt. 3, 3, 22. — Ordines servare et observare non idem est, v. Kritz. ad Sall. Jug. 51, 1. cf. Schneid. ad Caes. B. G. 4, 26, 1. Ordines habere, Sall. Jug. 80, 2. Locutiones „ordines servare“ et „signa sequi,“ quantum inter se distent, v. ap. Mütz. ad Curt. 3, 5, 13.

**ORIGINES**, metropoles. Walch. Emendatt. Liv. p. 226. **V. MAGNUS.** — Originem trahere est etiam ap. Curt. 3, 3, 22.

**ORNATRIX** ab auricula. Gruter. Inscr. 519, 2, 3.

**Os.** Ad II., ubi phrasis „in ora venire“ in bonam partem dicitur, adde Virg. Aen. 12, 235. Georg. 3, 9. Propert. 3, 9, 31. — In ore agere (i. q. in conspectu), per ora cedere, incedere, trahere, Kritz. ad Sall. Jug. 31, 10.

**OSCINES** aves unde dictae sint, docet Döderl. in Syn. 1, 13.

**OSCILLARE.** V. Scholia Ambros. ad Cic. p. Planc. 27.

**OSTENTUI** credere. Sall. Jug. 46, 6, ibique Kritz.

**OTIUM** otiosum. Cic. p. Planc. 27. cf. p. Coel. 1.

## P.

**P** literam Osci ponebant, ubi Latini q. Festus s. v. petoritum, Niebuhr, R. Gesch. 1, p. 73. et Rhein. Mus. 1, p. 116., Schneid. Gr. Lat. 1, p. 320. cf. C. Odofr. Mülleri librum D. Etrusker 1, p. 30. Similem cognitionis, qua lingua Graeca et Latina iunguntur, esse legem, dudum constat. Exempla sunt: πῆ, qua πέμπε, quinque, ιππος, equus, ἐπω, sequor, λεπτω, limquo, ἐνέπω, inquam, πατάσσω, quatio, et alia. V. etiam C. Odofr. Mülleri I. D. Dorier 2, p. 512.

**PAENULAE** Antoniniana, Lamprid. Antonin. Diad. 2.

**PAGUS.** De Romanorum pagis cf. Dionys. Arch. 2, 76, Aggen. Urb. de controv. p. 72. Goes., Isid. Origg. 15, 2. Magistri pagorum sunt etiam in inscriptionibus, Orell. n. 3795 et 3796. — Ceterum Caesar pagi nomine ubique non vicum, sed partem regionis vel civitatis, vel eius partis incolas significat, Schneid, ad B. G. 1, 12. — Pro „pagano“ apud Prudentium non solum reperitur „pago deditus“ (v. Forcell.), sed etiam pago „implicitus,“ in Roman. 296., adv. Symm. 1, 620. Cf. de hac v. significatione Herald. ad Arnob. 1, p. 3. Ritterhus. ad Salvian. de gub. Dei 6, p. 565. V. etiam Sever. Sanet. ap. Wernsdorf. in Poet. Lat. min. 2, p. 226., qui Christum appellat „Deum, magnis qui colitur solus in urbibus.“

**PALAM.** Legitur etiam „inpalam“ in nonnullis optimae notae libris mscc. ap. Caes. B. C. 2, 36, ubi v. Oudendorpium, cui haec forma haud utilis visa est.

**PALATUS** pro „palatum“ antiquior forma fuit. V. Rath. ad Cic. de Fin. locum a Forc. laud., Struv. Lat. Decl. p. 52., Lindem. ad Plauti Mil. 4, 6, 41.

**PALLIUM.** Studere in pallio. Jul. Capitol. Anton. 1, 2.

**PALMA** cuiusvis arboris ramus est etiam ap. Liv. 33, 5, 10. — Palmam frangere (victoriam eripere) Sen. Phoen. 536., infringere Curt. 7, 10, 29.

**PALUDATI.** „Armati, cincti, paludati“, formula sollemnis apud Sabidium in Schol. Virg. v. **PROCINCTUS**.

**PALUMBES.** Epiceoenon est. Ad ll., ubi masc. gen. observavit Forcell. adde Quintet. 1, 6, 2, Pompon. ap. Non. 3, 168, Plin. H. n. 30, 8, 21. Femininum est etiam in Horat. Od. 3, 4, 9. — Palumbes an palumbis scribendum sit, dijudicat Ruddim. in Instit. 1, p. 21. ed. Stallb., ubi etiam de genere voc. aliquid est, quod addere possit. — Palumbus regius, Lampr. Anton. Diad. 4.

**PALUS**, i. Verum voc. etymon monstrat Döderlein in Synonym. p. 11. sqq.

**PANACES**, panacea, panax, panace. De his formis vide omnino Schneid. Gr. Lat. 2, 1, p. 108. Est autem panaces, n. (τὸ πάναξ) in nominat. et accusat. frequens. Panaces, is, f. vix in dubiis ponendum est, v. Cels. 5, 27. 12. Plin. H. n. 26, 11, 70. 25, 13, 105. 28, 17, 78. Panax, cis, (ό πάναξ) legitur etiam ap. Plin. 19, 12, 62. Mascul. gen. est ap. Scribon. Larg. p. 207. ed. Rhod., ubi etiam „opanax dilutus.“ Panace, es, f. falsa librorum scriptura nititur.

**PANDECTAE.** De genere vocab. nulla dubitatio esse potest, quamvis Stephanus de abusu ling. Lat. p. 12 sqq. masculinum fecerit, quem secuti sunt nonnulli. Cf. Stallb. ad Ruddim. 1, p. 15., Heusingeri Addend. ad Vechneri Helenolex. p. 13. et Schneid. Gr. L. 1, 2, p. 19.

**PANIS** gradilis. Cf. Walter, R. R. p. 378.

**PAPAVER** in gen. masc. obsoletum, Priscian. p. 658.

**PAR** cum aliquo. Structuram a Mureto ad Cie. Phil. 1, 14. et aliis im- merito damnatam defendit Duker. ad Flor. 2, 4, 2. et nuper Kritz. ad Sall. Jug. 14, 9. Ita aequalis cum aliquo, v. Bünnemann. ad Lactant. de Ira dei 7, 4. — De v. ablativo v. Schneid. Gr. L. 2, 1, p. 225.

**PARATUS.** Parata puella i. q. facilis. Prop. 1, 9. 25. Cf. Burmann. ad Ovid. Metam. 5, 603.

**PARCERE** corporis partibus omnibus ignavorum est omnem laborem detre- ctantium. Cie. de Harusp. resp. 27.

**PARENTS** salutis nostrae. Cic. p. Plane. 10., ubi v. Garaton.

**PARVUS.** Res parva dictu V. Freinsh. ad Curt. 4, 8, 10.

**PARS.** De accusativo partim v. Sanct. Min. 4, 13., Gronov. Observatt. 3, 2. p. 342., Drakenborch. ad Liv. 27, 46, 8. 23, 11, 11. — Partes a factionibus diversae et maxime populares sunt. Kritz. ad Sall. Jug. 41, 1. — Partibus i. q. per partes, particulatim, Burmann. ad Vellei. 2, 111. — Pro partibus stare, in partibus stare, Mütz. ad Curt. 4, 2, 13 et 3, 28, 18. — In parte alicuius esse i. q. loco alicuius esse, ἐν μολόπῃ. Heusing. Emendd. 2, 6. p. 224.

**PASCERE.** Pasci, i. q. delectari saepius apud Ciceronem. Adde ad ll. a Forcell. allatos p. Sext. 46., pro Milone 2.

**PASCERE** absolute, convivia edere, celebrare. V. Salmas. ad Spart. Hadr. 17., ad Lamprid. Alex. Sev. 41., Wernsdorf. Poet. Lat. min. 3, p. 110.

**PASCHA** vulgo n. g. esse dicitur, cf. Ruddim Inst. 1, p. 14. ed. Stallb. Rectius tamen Vossius (Analog. 1, 20.) in fem. gen. efferri contendit, cui assentitur Heusing. ad Vechneri Hellenolex. p. 26. not. m.

**PASSUS.** H. vocis genitivus omittitur interdum ad vocem millia. V. Oudendorp. ah Caes. B. G. 1, 15. Cort. et Kritz. ad Sall. Jug. 75, 2. Drakenborch ad Liv. 6, 32, 9.

**PATELLA.** „De patella edere“ proverbialis locutio est ad eos pertinens, qui sacra, profana susque deque habent, Otto ad Cic. de Fin. 2, 7.

**PATEO.** Verbi supinum dicit esse „passum“ Priscianus col. 892, cui tamen adversatur Phocas c. 1719. — Patentes campi, qui late extenduntur, Herzog. ad Caes. B. G. 1, 10. Mütz, ad Curt. 4, 45, 5.

**PATENA.** Ita rectius scribi, quam patina, diminutivum patella indicat. Cf. Gud. ad Phaedr. 1, 26. p. 39., Salmas. ad Trebell. Poll. Claud. 17., Burmann. ad Anthol. Lat. 1., p. 66. Steuli dixerunt πατάνα, quod in Sophronis et Epicharmi libris legit Pollux. v. 6, 13, 90. 10, 24, 107. Ita Siculis erat etiam κάρκαρον, carcer, Sophron ap. Phot. in Lex. p. 132. ed. Porson., in qua voce eadem literae a et e commutatio appetit. Ceterum a Siculis alia multa vocabula Latina, ut κάρπος, κάτινον (catinum), κύβητον, vel, si Car. Odofr. Müller sequi mavis iudicium (Etrusker p. 13. sqq.) Latinis cognata (cf. Stephan. Byzant. s. v. γέλα) ad Graecos pervenisse, post Dorvillii (v. eius Sicula p. 132. et alibi) et Blomfieldii curas satis constat.

**PATRES,** curiae, in qua voce explicanda merito laudat Niebuhrum Wunderus ad Cic. p. Plancio 3. Erant etiam patrum seniores et iuniores, Nieb. 1. p. 490., Walter, R. R. p. 16.

**PATRIA.** Subditis non est. V. Sallust. in Jug. 3, 2.

**PATRIMI** et matrimi. Adde ad auctores a Forcell. laudatos Serv. ad Virg. Georg. 1, 31.

**PATRONUS.** De urbium et nationum patronis v. Beier. ad Cic. de Offic. 1, 11, 35., Rupert. ad Tac. Ann. 3, 55.

**PATRUUS** pro „severo“ dici notum est (cf. Drakenborch. ad Sil. Ital. 15, 10. Casaubon. ad Pers. 52.) Idem fere significat interdum priscus, Burmann. ad Anthol. Lat. 1, p. 717., ad quam significationem etiam refero priscum Catonem ap. Horat. Od. 3, 21, 11. Simili anaphora nepos prodigum significat et „senex“ philosophum, Wernsdorf. Poet. Lat. min. 3, p. 90.

**PAUPERIES.** Quod pauperiem damnum, paupertatem conditionem dixit Caper (non quidem Velius Longus, ut operis Forcelliniani editores Germ., in errorem inducti, scripserunt) id praeter iurisconsultos nemo laudabit. Sed etiam peius Calphurnius ad Terent. Heautontim. 1, 1, 59. pauperiem mendicorum esse contendit. Egenum respexit. a quo pauper re vera ita differt, ut πένης a πτωχῷ ex

Aristophanis sententia, Plut. 548 sq. Cf., si placet, de re satis nota Mitscherlich. ad Hor. Od. 1, 1, 18.

**PAX**, feriatio. Grat. Cyneg. 487., Stat. Sylv. 4, 4, 40. — Paces, insolens forma, v. Kritz. ad Sall. Jug. 31, 20.

**PECTEN** Serv. ad Virg. Aen. 6, 647 neutrius gen. facit.

**PECUNIAM** dissolvere i. q. pecuniam debitam solvere. Exempla vide ap. Schütz. in Indice Lat. Cic. p. 140. Cf. Wunder. ad Cic. pro Plancio 28. — Pecunia certa credita. Cic. p. Rose. 4., adv. Rull. 1., Festus v. condicio, Serv. ad Aen. 3, 117.

**PELAGUS** gen. mascul. non fuit, nam in Valer. Flacc. 1, 169. optimi quique libri g. neutr. tueruntur.

**PELLIS.** Sub pellibus esse et „in hibernaculis esse“ unum idemque significare contendunt cum Herzogio Kritzius, quorum sententiam refutat Schneider. ad Caes. B. G. 3, 29, 2.

**PELVIS.** Accusativus „pelvem“ legitur ap. Cels. 4, 24. 6. 9., Apul. in Metam. 9, p. 598. (Oud.), Vopisc. in Aurel. p. 199. Ablativus pelvi ap. Plin. H. n. 31, 3, 27. 28, 8, 26. (cf. Charis. p. 33.) et pelve, Cels. 4, 17., Petron. Sat. c. 70.

**PENETRARE** loci accusativo etiam apud pedestris orationis auctores iungitur. Exempla affert Mütz. ad Curt. 4, 16, 26.

**PENNA**, pinna. Cum Döderlein. Syn. 5, p. 205 cf., quae dedit Mütz. ad Curt. 7, 35, 25.

**PENSARE** animas de iis dicitur, qui alter pro altero vitam ponunt. Wernsd. Poet. Lat. min. 3, p. 214. — Pensare ap. Calpurn. 4, 141. nihil est nisi mutare, cf. 3, 83.

**PERAGRARE** terram victoriis. V. Oudendorp. ad Sueton. Aug. 93., Duker. ad Flor. 2. 1., Ruhnken ad Vellei. 2, 89, 6 (p. 168. Clud.).

**PERCELLERE** et percutere. De hor. vocabulor. discriminare egerunt Burm. ad Ovid. Metam. 4, 138, qui in vehementioribus animi affectibus significandis „percussus“ melius esse, quam „perculsus“ contendit, Drakenborch. ad Liv. 1, 14, 9. et ad 1, 27, 10, qui idem sentit, Bentleius ad Hor. Epod. 11, 2, quem „magnum“ secuti sunt Ruhnken. ad Terent. Andr. 1, 1, 98, quum percellere „in re graviori locum habere“, dicat, „percuti vero in leviore affectu“, Bremius ad Corn. Nep. Dion. 5, 3. percutere dici statuens de ea perturbatione, quae cito desinat celeriterque praetereat, Kritzius ad Sall. Catil. 6, 4, qui Bentleii et Bremii sententias quodammodo coniungendas existimat, denique Ramshornius, quem equidem rem optime explicasse dixerim. V. eius Synon. 2, p. 358.

**PERCONTARI**, De v. orthographia vide Schneid. Gramm. Lat. 1, p. 29. 451. et Kritz. ad Sall. 41, 2, qui recte Verrio assentitur.

**PERDEPSO.** De vocabulo „depso“ Manut. ad Cic. Epp. ad Famil. 9, 22. (p. 665. ed. Lips.) et honestum et obsceneum esse contendit. Cf., si placet, Bochart. Hierozoic. 1, p. 188.

- PERCUSSOR** veneficus, Curt. 4, 44, 18.
- PEREMNE** auspicium. V. Döderl. in Syn. 1, p. 11. sqq.
- PERFECTISSIMI.** Cf. Gothofredi Paratitla ad Cod. Theodos. 6, 37.
- PERFICERE.** „Perficere, ut aliquid perficiatur“, Cie. p. Red. ad Quir. 4.
- PERFIDIA** suspecta, Curt. 4, 25, 40. Ita „fraus suspecta“, ib. 5, 17, 1. „doli suspecti“, Valer. Flacc. Argon. 1, 245.
- PERFUGA** quo differat a transfuga v. in Döderl. Syn. 2, p. 167. Cf. Herzog. ad Caes. B. C. 2, 33., apud quem scriptorem v. perfuga nusquam legitur.
- PERGERE** ire et pergere agere quid interdum sit, docte enucleat Mütz. ad Curt. 3, 19, 7. (qui etiam de v. etymo optime docet). — Iter pergere nihil est, nisi „iter facere“, ap. Sall. in Jug. 79, 5.
- PERICLITARI** fortunam etiam ap. Caes. est, B. C. 1, 62. 3, 10.
- PERICULUM** sui facere, pugnam periclitari, Curt. 4, 37, 12. — Periculum non solum affertur, sed etiam infertur alicui rei, Caes. B. C. 1, 72. 3, 10.
- PERMITTOR.** De h. passivi usu personali non nisi apud infimae Latinitatis scriptoribus observato v. Mütz. ad Curt. 8, 42, 6.
- PERPES.** Festus: „perpetem pro perpetuo dixere poetae.“ Cf. Wernsdorf. Poet. Lat. min. 2, p. 229., ubi etiam perpes vita pro „aeterna“ ex auctoribus Christianis assertur.
- PERSEQUI**, probare, est etiam in Cie. de Fin. 4, 19. — Persequi inimiciatas, Caes. B. C. 3, 84.
- PERSPECTAE** igne amicitiae, Cie. p. Red. in Sen. 9.
- PERTINAX** quum nomen proprium est, in ablativo habet Pertinace. V. Gruter. Inscriptt. p. 467, 17.
- PERTINERE** interdum eum nexus significat, qui inter causam et effectum intercedit. Schneid. ad Caes. B. G. 1, 14.
- PERVIGIL** flamma, Wernsd. Poet. L. m. 3, p. 372.
- PERVIGLARE**, forma syncopata, in senioris aevi auctoribus obvia. V. Salmas. ad Pervig. Ven., eund. ad Trebell. Poll. in Triginta tyrann. c. 10., Wernsd. Poet. Lat. m. 3, p. 475.
- PES**, Romanorum mensura, 131 linearum Parisiensium fuisse, docet Ludov. Ideler in Disputat. de veterum mensuris, quae legitur in Act. Academ. Berolina. 1812 et 1813. — Pedes montium non semel sunt ap. Ammian. Marcell. v. 14, 8. 20, 9. 23, 6. Namque corporis humani partes ad terrarum situm transferuntur, ut supercilia, vertex, lingua, gremium, cervix et aliae.
- PESSIMA** puella blandientis esse bene docet Forcell. (cf. Död. Syn. 1, p. 54). Sed etiam „improba“ eiusdem est, Ovid. Her. 15, 20.
- PESSINUS** urbs terigen. masc. est ap. Cic. de Harusp. resp. c. 13. (28. et 29.).
- PESTIS.** Rem eripere a pesti periculi, Cie. p. Domo 8.
- PETERE** carnem feriis Latinis, v. Schol. Ambros. ad Cic. p. Planc. 9. — Petere ex aliqua re, sumere, v. Otto ad Cic. de Fin. 4, 18. — Petere iter.

**ERNESTIUS** vix tuit. Ceterum adde ad locos q̄a Forell. laudatos Ovid. ex Ponto 3, 2, 80 et cf. Gronov. et Drakenborch. ad Liv. 4, 42, 2., Ruhnken. ad Vellei 2, 82. (p. 154. Clud.), Garaton. ad Cie. p. Planc. 40. — Petere i. q. procare, ut Graecis αἰτεῖν. V. Cerda ad Virgil. Aen. 7, 55.

**PETRONII** canes qui sint, explicatur in Wernsd. Poet. L. m. 1, p. 47.

**PERSPICUUS**, pulcher. V. Salmas. ad Solin. T. 1, p. 543. (ed. Traiect.), Wernsd. Poet. Lat. min. 3, p. 99. Idem interdum est conspicuus.

**PERVICAX** explicatur in Schol. ad Hor. Epod. 18, 14.

**PHALANX** apud Germanos et Helvetios (Caes.) testudinis genus fuit, cf. Oros. 6, 7. Plutarchus συνασπισμὸν vocat in Mar. 20.

**PHASELUS**, βάρις. V. Wessel. ad Diod. T. 1, p. 108. Poetae Latini fere de navigatione periclusa h. v. utuntur, ita Hor. 3, 2, 27., Ovid. ex Pont. 1, 10, 39.

**PICATRIX**, resinaria. V. omnino Wolf. in Lit. Anal. 2, p. 315. Cf. Grut. Thes. inscr. 60, 7. (ed. Comm.)

**PIGNUS**. Gen. pigneris format. Plaut. Capt. 3, 4, 123., Cat. R. R. 149. Cf. Drakenb. ad Liv. 3, 38, 12, 9, 15, 7.

**PINASTER** gen. fem. est ap. Plin. H. n. 14, 20.

**PITUITA**. Ad locos, ubi secunda et tertia syllabae coalescunt adde Hor. Epp. 1, 1, 108., Satir. 2, 2, 76.

**PIPILARE**. In l. Catull. 3, 10 quidam tmesin observasse sibi visi sunt, quemadmodum ap. Lucil. 30, n. 72. (Dous.) in vv. „deque dicata“ legitur. Certe longe aliud est, quod Calpurn. 11, 10 „alludere fontes“ et 10, 33 „applaudit caput“ scripsit, quos locos in ForceLL. opere desidero.

**PISTRIS**, balena, cf. Buttm. Lexil. 1, p. 108. Masc. generis quomodo fecerit L. F. Gronovius, v. apud ipsum in Observv. 1, 18. — Quod discrimin inter „pistris“ et „pistrix“ statuit Servius ad Virg. Aen. 3, 427., id futile esse vel ex unico Germanie in Arat. versu 370. appetat, qui versus gen. pistricis non recipit.

**PISTURA**. Ad explanandum difficillimum Plinii locum in H. n. 18, 10, 23. cf. Gesner. Ind. in Scriptt. rei rust. p. 59., Beckm. Beitr. z. G. d. Erf. 2, p. 3.

**PIUS**, salutaris, Wernsd. Poet. L. m. 3, p. 303. — Pia bella. Non iis, de quibus disserit Brisson. de Form. 4, 13, p. 326. impia bella opponuntur ap. Curt. 4, 2, 12, ubi v. Mütz. Item aliud pium bellum est ap. Flor. 2, 19, 6. Etiam aliud ap. Liv. 9, 1, 10. Verum omnino pia sunt bella, quae crimine carent.

**PLAGA** terrae quam varie usurpetur, egregie, ut solet, explicat Mütz. ad Curt. 6, 6, 13.

**PLANUS**. Planius dicere, Hor. Epp. 1, 2, 4, ubi v. Feam et Schmid.

**PLATANUS** apud vetustissimos auctores fuit gen. comm. teste Prise. p. 658, ut etiam populus. Cupressus adhuc ap. Cels. 6, (13) in masc. genere legitur, id quod ForceLL. etiam praetermisit.

**PLAUDERE** aliquem, cum plausu laudare. Wernsdorf. ad Poet. L. m. 1, p. 34.

**PLEO.** Est etiam apud Lueret. 2, 631, fortasse etiam 6, 1201.

**PLERUMQUE**, saepe ap. Tacit. et Curt., cf. Mütz. ad Curt. 3, 5, 17.

**PLERUSQUE** ablativo loci praep. in non habet additam. Kritz. ad Sall. Jug. 79, 2,

**PLICO.** De praeterito et supino verborum applico, complico et similium bene docet Stallb. ad Rudd. Inst. 1, p. 213., cf. Ramsh. Gr. L. §. 61, I, 3.

**PLOXEMUM.** Padi accolae habebant. Salmas. ad Capitol. Anton. P. c. 12.

**PLUS.** Pluris esse dupli significatione dicuntur, v. Wunder, ad Cie. p. Planc. 27. — Plures i. q. complures, Caes. B. G. 4, 10. 1, 18. et saepius.

**PLURIMUS**, magnus, violentus. Grat. Cyneg. 30, cf. Ovid. Met. 8, 571.

**POENA.** Poenam fidei solvere, Curt. 6, 9, 14. — Poenam habere, Liv. 6, 10, 8.

**POENITENTIAM** agere, v. Krebs. Antibarb. p. 367. Cf. Nolten. Lex. antib. p. 1652., Jani Lex. phil. p. 1330 sqq.

**POLLICERI** periculo alicuius, Gronov. ad Liv. 23, 49, 2.

**POMPHOLYX** gen. fem. esset constat e Scribon. Largo p. 26. et 220. (ed. Rhod.)

**POMPILUS.** Producitur penultima, v. Wernsd. Poet. L. m. 1, p. 183. Ap. Oppian. Hal. 1, 186. in vi πόμπιλος corripitur.

**PONDO.** De h. v. usu et structura egit Herzog. ad Caes. B. C. 2, 18.

**PONO**, ἀναθέτω, dedicare, v. Munker. ad Hygin. Fab. 3, 188., Bröckhous ad Propert. 2, 11, 27., Burm. Sec. ad Anthol. Lat. T. 4, p. 59., ad Propert. 2, 15, 18, Interpp. ad Hor. Od. 3, 26, 6. 4, 1, 20. — „Ponere in aedem“ ap. Liv. 41, 28. rectissime tuetur Walch. in Emend. Liv. p. 46. Nam differt „ponere in aliq. re“ et „in al. rem.“ Cf. Hand. Tursell. 3, p. 306 sqq., Kritz. ad Sall. Jug. 61, 2. — Ponere absolute de manu militari, Caes. B. C. 3, 34, de singulis 3, 62. 3, 94.

**PONTICUM** mare. Auge II. a Forell. allatorum numerum ex observ. Mütz. ad Curt. 3, 2, 12.

**PORTARE** onera iumentis, v. eund. ad 7, 17, 25.

**POSSE.** Largiter posse i. e. auctoritate valere, Caes. B. G. 1, 18. Ita „minimum posse“ ib. 1, 20, 2.

**POSSESSIO** agri occupatorii est, Fest. v. possessiones. Cf. Sicul. Flacc. de condit. agr. p. 3. Goes.

**POSSIDERE** forum armatis, Cic. p. Dom. 42. Quam vocem nonnullos non tulisse miror, quum possidere pro occupare non adeo infrequens sit. V. Wolf. ad Tac. Ann. 2, 5, 3., Hertel. ad Agricol. c. 18.

**POSTERUS.** Postero (die) et in posterum (diem) habet etiam Curt., v. Mütz. ad 6, 31, 15.

**POSTICUM** et postica absol. V. etiam Serv. ad Virg. Aen. 2, 458., Schmid. ad Hor. Epp. 1, 5, 31.

**POSTIS.** Ablat. posti semel legitur, ap. Ovid. in Met. 5, 120. Cf. Priscian. 768., Rhemn. Pal. 1374.

**POSTULARE, POSTULATIO,** voces haruspicum. Scaliger ad. Varr. de L. L. 4, p. 41. ed. Bipont.

**POTENTIA** magistratum, Cic. p. Dom. 30.

**POTESTAS.** In potestatem venire. Duplicem locutionis usum docet Schneid. ad Caes. B. G. 2, 14, 2. Ita etiam „esse in potestate“ non solum significat i. q. parere, subiectum esse, v. Mütz. ad Curt. 8, 11, 7.

**POTIOR.** Potioris nominatio. V. Pauli IC. Sent. rec. 2, 28, sq. Fragm. Vatic. §. 158 sqq.

**PRAECEPS** ablativo iungitur ap. Curt. 5, 35, 2. — Praecipitem impellere ibid. 6, 33, 11. — Praecepis senectus 6, 14, 3.

**PRAECIPITARE** ablativo loci praepositione de non addita iungitur ibid. 6, 23, 32. — Praecipitare i. q. praecipitem esse. Ita „hiems praecipitaverat“ ap. Caes. B. C. 3, 25.

**PRAECOX,** gen. praecocis et praecoquis. V. Mütz. ad Curt. 4, 56, 11.

**PRAEDA,** res ad praedandum apta, Sall. Jug. 87, 4, 23, 1. — Praeda i. q. praedatio, v. Kritz. ad Sall. Jug. 55, 1. — „Praedam agere“ non solum ap. Virgilium, v. Mütz. ad Curt. 9, 39, 7.

**PRAEFECTI,** πραιτορι, Polyb. 6, 26.

**PRAEFERRE** se perperam interpretatus est Herz. ad Caes. B. G. 2, 27, 1, quem laudant lex, Forellin. editores Germ.

**PRAEMANDATUM.** H. v. bene defenditur a Wundero ad Cic. p. Planc. c. 12.

**PRAEMIUM,** commodum, est etiam ap. Sall. in Cat. 41, 1.

**PRAEPES,** opportunus, proprius quidem vox auguralis est, sed etiam de portus opportunitate legitur in Fragm. Enn. p. 120. ed. Colum.

**PRAES.** Virtus „vas et praes“ est ap. Curt. 9, 10, 25.

**PRAESENS,** qui cito operatur, auxiliatur, unde numina dicuntur praesentia, quae cito iuvant, et venena, quae cito necant. Ita explicat Mancinell. ad Virg. Eclog. 1, 42. Egerunt de hac significatione praeter Mancin. et eos, qui in lex. Forcell. laudantur, Heins. ad Ovid. Trist. 8, 2, 45; Cort. et Kritz. ad Sall. Cat. 51, 19., Ruperti ad Liv. 1, 12. Cf. Drakenb. ad Liv. 10, 40.

**PRAESTARE** cum ablativo obiecti semel coniungitur, Colum. 11, 1. med. cf. Ramsh. Gr. Lat. §. 154, B. n. 2. Nam Lucil. ap. Non 4, 367. dative utitur. — Praestare, praedem esse, Curt. 9, 24, 13.

**PRAETOR** alicuius, Cic. de Fin. 5, 30., Curt. 3, 18, 12.

**PRAETORIUM.** Praetorio adesse, Curt. 4, 39, 4. — Praetoria, magna aedificia, v. etiam Wernsd. Poet. Lat. m. 1, p. 213.

**PRAETRACTARE.** H. v. recte omisit Forcell. V. Interppi ad Tac. Germ. 11, 1.

**PRELA** de toreulari, cui vestes subiiciuntur, in plurali tantum numero effertur, quemadmodum etiam „pressoria“ (addit. „vasa“ Colum.), quum idem significat. — De re ipsa v. Böttig. Sab. p. 370.

**PREMERE** absolute pro amputare (v. „falce“ non addita) est ap. Calpurn. in Ecl. 5, 111. — Luna sole premitur, v. Mütz. ad Curt. 4, 39, 5. — Fortunam tenere pressis manibus, ib. 7, 35, 24.

**PRIMUS.** Prima aqua (quae littus alludit), Ovid. Her. 18, 100.

**PRINCIPES.** V. Dilthey ad Tacit. Germ. 12, p. 105.

**PRINCIPIA** agere, i. q. fundamenta agere, defendit Goer. ad Cic. de Fin. 5, 24.

**PRO** praetore legati etiam ante Augustorum tempora fuerunt. Caes. B. G. 1, 21.

**PROCEDERE** absolute de processione, quam consules recenter creati in capitolium ad vota concipienda instituebant. Lamprid. Heliog. 15.

**PROCELLA** excutit imbre, Curt. 4, 30, 14.

**PROCINCTUS.** De testamentis in procinctu factis v. Sabidium in Schol. ad Virgil. ab. A. Maio 1818, edit. l., quem cum Blumii emendatt. exhibet Walter, R. R. p. 655.

**PROCREATRIX.** Adde in lex. Forc. l. Arnob. 4, p. 151. (ed. Lugd. a. 1651.)

**PROCUMBERE** de planicie dicitur ap. Curt. 5, 13, 6.

**PREDICTA** dies, Cic. p. Dom. 17.

**PROFERRE** famam (famam extendere factis, Virg.), v. Burn, ad Anth. Lat. 1, p. 76.

**PROFITERI.** Mars professus ap. Calp. 1, 55. rapinis opponitur, ut professus hymen clandestino ap. Stat. in Sylv. 1, 2. Cf. Wernsd. ad Poet. L. m. 2, p. 83.

**PROFLUENS** subst. gen. fem. est, v. Schneid. Gr. Lat. 2, 1. p. 123, non masc., id quod mavult Ruddim. in Instit. 1, p. 35, n. 92. ed. Stallb.

**PROFOUNDUS**, vastus, inexplebilis, Kritz. ad Sall. Jug. 81, 1,

**PROMAGISTRATUS.** Vocem Latinam esse negavit Wunder. ad Cic. p. Planc. 32.

**PROMERITUM** bis ap. Cic. legitur. Est enim etiam in orat. p. Red. in Sen. c. 1.

**PROMUNTORIUM** et promunctorium. De his formis v. Schneid. ad Caes. B. G. 3, 12, 1.

**PROMULGARE** absolute dici negaverunt Drakenb. ad Liv. 42, 19, et Graev. in Cic. Phil. 2, 42. Sed is verbi usus satis constat e Cic. p. Red. in sen. 2, pro Sext. 32., in Pison. 15.

**PRONUNCIARI** iter iubent imperatores. Mütz. ad Curt. 4, 34, 16.

**PROSCENIUM**, magnum et magnificum aedificium. Wernsd. Poet. Lat. m.

3, p. 100.

**PRUDENS** c. infin., quod satis rarum, est etiam ap. Curt. 7, 1, 4.

**PUDET** personaliter, ut apud primi, ita ap. infimi aevi auctoribus. V. Wernsd. ad Poet. L. m. 3, p. 449. — Pudet me alicius. Adde ad locos a Forcell. et Zumpt. (in Gramm. Lat. §. 443) allatos Plaut. Trinumm. 3, 2, 67., Justin. 12, 6, 10. Cf. Heusing. ad Cic. Phil. 2, 25.

**PUDOREM** confirmare, Curt. 8, 7, 13.

**PUER**, minorum gentium deus. Ita Maenalius puer, Pan. Grat. Cyneg. 19. ibique Wernsd. in Poet. Lat. min. 1, p. 27. — De pueris utriusque sexus liberis, v. Bentl. ad Hor. Sat. 1, 1, 100., Obbarium ad Hor. Epp. 1, 2, 44.

**PUGIO**. De v. etymo v. Schneid. Gr. Lat. 1, 2, p. 8.

**PUGNAM** ciere, V. Mütz. ad Curt. 8, 47, 9,

**PULSARE**, adire, appellare, adloqui. Statio imprimis familiare. V. Barth. ad Stat. Theb. 4, 477.

**PUMEX**. De v. genere egit Burm. ad Anthol. Lat. 2, p. 50.

**PURGAMENTUM** freti sunt margaritae et gemmae ap. Curt. 8, 31, 19., ut succinum ap. Plin.

**PURPURA** Probiana s. Alexandrina, Lamprid. Alex. Sev. 40. Purp. Maura et succubitana Trebell. Poll. in Claud. 14.

**PURA** res, quae non inquinat, Curt. 3, 10, 8.

## C o r r i g e n d a.

P. 2. l. ult. p. nunquam l. nusquam.

P. 4. l. 5. p. ter l. non saepe.

P. 5. l. 18. dele numeros vv. „Anth. Gr.“ subiunctos et adde v. in.

P. 12. l. p. quaede l. quae de.

P. 12. l. 32. p. Cat. l. Lat.

P. 15. l. 18. p. dubtitatio l. dubitatio.

- HEDDINGE *bisexualitate* ut quod *bonum* in se, *intimam esse* *satisfaciens*, *L. W. M. van der Hecht*, *E. et al.*, *ib.* 101. — *Praedicta* *am. allusiones*. *Magna* *in* *foros* *a. Herodotus* *et* *Nasus* (*in* *Glossar. Part. II*, *pp.* 113) *sufficit*, *T. V. Munro*, *ib.* 3. *ib.* 65. *T. G. Lewis*, *ib.* 6. *ib.* 10. *C. H. H. Meijer*, *in C. J. F. Dijk*, *ib.* 35.
- HEINDBORGIA *comitissimae*, *Curt.* *g.* 2, *p.* 18.
- HILDEBRAND *mimorum beatum* *dicitur*. *H. M. Meissner*, *brevi*, *Paul. G. 19.*
- HILDEBRAND *mimorum beatum* *dicitur*. *F. B. Schmid*, *in De locis litterarum sacrae* *Historia*.
- HILDEBRAND *in Hoc Est!*, *f.* 100. *Oppositione* *ad hoc*, *Ebb.* *f.* 3, *p.* 11.
- HILDEBRAND *Ita ex agno et golddeni* *et* *petri* *f.* 3, *p.* 8.
- HILDEBRAND *citra* *U. Nitris* *in Curt.* *g.* *p.* 6.
- HILDEBRAND *exinde* *abstinentia* *agibili*, *S. S. S. imbutum* *testimonia*, *N. G. Hart*, *ib.* *29c*, *Tip. f.* *p.* 45.
- HILDEBRAND *Ex a. sonore* *git* *Brunn.* *in Autop.* *Part. 2*, *b.* 50.
- HILDEBRAND *hunc* *scimus* *in* *modestia* *et* *humilitate* *et* *benignitate* *ib.* *Curt.* *g.* *p.* 18.
- HILDEBRAND *propositio* *a. Aelius* *magistris*, *primum*, *Acta*, *Sec.* *10.* *P. Paulus* *Mosse* *in* *modestia* *do.* *Hildegard.*
- HILDEBRAND *propositio* *T. Porci* *in Curt.* *g.* *10*, *p.* 8.

## C o l l i g e n d a

- I. 2. I off. b. *anachorae* I *anachorae*.
- I. 3. I. 3. I. 3. b. 10. I. non *sedec.*
- I. 5. I. 18. *des. numeros* *aa. Agypt.* *C. v.* *supradicatis* *et* *eges* *et* *in*
- I. 12. I. *duodec.* I. *duce* *de*.
- I. 18. I. 35. b. *C. et. I. P. P.*
- I. 19. I. 18. b. *supradicatis* I. *supradicatis*.